Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Felice

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

explicare per famis. quorum portenta divi-
no stetitus presidio mox ut ingressus
est evoluit in pulverem. O vere liqui-
dus maris mundus longius a terra pro-
tractus. angelicis numeris famulanti-
bus solida inter fluctus vestigia prefige-
bat. O felix et inclitus domini piscator qui
mundi congressus principem in immutabi-
li ipsius institutione vite sagenavit et
c. O magnum et ineffabilem sacramentum
ut de illorum potius salute letetur ecclesia
quos perisse mundus exultat. O beata ma-
ternitas suorum glorificata tormentis
quos non planctu et gemitu ad inferna de-
duxit sed ad celestia exultans migrantes
preciosa laude prosequitur. O terris fra-
grantissime nitor et celesti fulgide
et inestimabilis odor sabeicis prepol-
let aromatibus. quem ambrosius recipi-
ens perhenne dedit patrium et medi-
cum fidei propugnatorem. sacerdotem plurium bella-
torem. De sancto felice de nomine

Felix loco liberii in papam eligi-
tur et ordinatur. Cum enim liberius
papa vellet arriane heresi assentire
missus est in exilium a constantio filio
constantini et ibi per triennium moratus
est. Quapropter universus clerus romanus
loco eius felicem ordinavit. Qui
quidem felix concilio convocato xl
viii episcopos constantium imperatorem ar-
rianum hereticum et duos presbyteros sibi
consentientes condempnavit. Quapropter consta-
ntius indignatus felicem de episcopatu suo
deiecit et liberium eo pacto revocavit
ut solum in constantio et aliis quos
felix dampnaverat communicaret. Libe-
rius igitur tedio affectus exilii here-
tice pravitati subscripsit et sic tanta
persecutio exoritur ut quamplurimi
sacerdotes et clerici liberio in presentia interfi-
cerentur. Hic nominatur felix unde de episcopatu
suo electus cum in predio suo habitaret
ibi eductus martirium capitis obtrun-
catione promeruit circa annos domini ccc.

Simplicius De sancto Simplicio [illegible]
et faustinus fratres cum sacrificare
contempnerent sub dyocletiano imperatore
multa questione supplicia pertulerunt.
Tandem data sententia decolla-
ti sunt et in tyberim corpora eorum proiecta. So-
ror autem eorum nomine beatrix corpora eorum de
flumine levavit et honorifice se-
pelivit. Lucretius autem prefectus dum
predium eius ambiret eam tenui fecit et ut
ydolis immolaret precepit. Quam
renuentem lucretius noctu a alu-
mnis suis prefocari fecit. Cuius corpus lucina vir-
go rapiens iuxta fratres suos sepeli-
vit. Post hoc lucretius predium ipsius in-
travit ubi suis amicis suis convi-
vium instruens insultaret infantulus
quidam lactens pannis involutus de
gremio matris qui ibi aderat cunctis
audientibus exclamavit. Audi lu-
creti. Occidisti et invasisti. Traditus
es in possessionem inimici. Statim-
que lucretius timens ac tremens a de-
mone arripitur et per tres horas ator-
quetur ut in ipso convivio moreretur.
Quod audientes qui aderant ad fidem
conversi sunt et narrabant omnibus
passionem sancte beatricis virginis
in convivio vindicatam. Passi sunt autem circa
annos domini cc.lxxxvii. De sancta martha

Martha hospita christi syro patre
eucharia matre regali ex
progenie descendit. Pater eius sy-
rie et maritime multarumque regionum dux
extitit. Tria autem castella scilicet mag-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg